

I.
A. 191.

~~A. 191.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

A. 191.

SIGNAT. 61515000XIII.

Donum Magnif. ac Summe
Venetab. Sn. G. Danzii.
Iena d. 17 Junii 1653/1654.

M. HENRICI GOTTLIEB REIME,

Facult. Philosoph. Jenens. Adjuncti,

مفتاح العربية،

hoc est,

**CLAVIS LINGVAE
ARABICAE;**

Institutionem ejus

Methodo maximam partem *Danziana*
ita in compendio tradens,

Vt cuncta innotescere possint scientificæ,
anomaliis analogiæ restitutis;

EXEMPLIS PROBATA, AVTO-
RIS OBSERVATIONIBVS, VT ET SCHE-
MATIBVS MAXIME NECESSARIIS, NEC
NON VERBORVM TAM PERFECTORVM
QVAM IMPERECTORVM PARADIG-
MATIBVS ILLVSTRATA.

JENAE,

Typis Nisianis exscripsit Joh. Volckm. Marggravius.

1718.

M. HENRICI GOTTLIEB REINHOLDI

Facult. Philosoph. Jenens. Adjuncti

1788

No. 106.

CLAVIS LINGVAE
ARABICAE

Methodus

Methodus maxime parva

ita ut comparatio

et cuncta

anonyma

EXEMPLIS PROBATA. AUCTOR

IN OBSERVATIONIBUS. UT ET SCILICET

MATHEVS MAXIME NECESSARIUS. NEC

NON VERBORVM TAM PERFECTORVM

QVAM IMPERFECTORVM PARADIGMA

MATHEVS ELIASEUS

JENAE

Typis Nibbiani excusis Joh. Volkmann. Magistermanni

1788



VIRO
VERE MAGNO
SUMME REVERENDO, MAGNIFI-
CO AC EXCELLENTISSIMO,
JOH. ANDREAE
DANZIO,
SS. THEOL. DOCTORI CELE-
BERRIMO, EIVSQVE AC LINGVARVM
ORIENTALIVM PROFESSORI OPTI-
ME MERITO,

p. t.

ALMAE NOSTRAE SALANAE
QUARTVM RECTORI MA-
GNIFICO

Prudenti, pio, felici,
DOMINO, PRAECEPTORI, PATRONO,
AC STVDIORVM SVORVM PROMO-
TORI BENIGNO,

CLAVEM HANC ARA-
BICAM,

animo deuotissimo & grato

D.D.D.

Autor.



VIR SVMME REVERENDE
MAGNIFICE AC EXCELLEN-
TISSIME.




*Appellanti TE publice,
veniam dabis, cui alias
ad TE liberum semper
& beneuolum concessi-
sti aditum. Beneficia, quibus me
Tibi obstrictum reddisti, & adhuc
deuincis penitus, ita comparata
sunt, ut non sufficiat, inter priua-
tos parietes grates Tibi persoluisse;
sed mei omnino officii ratio postulat,
ut publice, & in orbis literarii
luce tester, quantum Tibi debeam.*

Ex

Ex quo enim mihi Tuum expetii
 patrocinium, tanta benevolentia me
 es complexus, & ita pro salute mea
 inuigilasti; ut lubens fatear, &
 grata mente hilarique fronte cele-
 brem, me post DEVM eam Tibi
 fere unice debere. Diu iam medi-
 tatus sum de occasione, qua debi-
 tum meum, quod exsoluere nun-
 quam possum, faterer saltem omni-
 bus, & munusculum aliquod lite-
 rarium arrhae loco darem. Quam
 vellem, ut fieri id posset labore,
 splendido & fulgenti Tuo nomine di-
 gno! Sed cum tale quid a me exspe-
 ctari non possit; amplius me conti-
 nere non potui, quin hanc, qualis-
 cunque est, opellam arriperem, &

Tibi, **SVMME REVERENDE**
VIR! consecrarem. Quod ut face-
 rem, hoc etiam ex capite impelle-
 bar, quia, quae hic orbi literario
 sisto, uti alia, si quae sunt, mea,
 ex **TE** potissimum, tanquam ex
 fonte rerum Orientalium, copio-
 sissime fluente, hausi, & dein di-
 gesi, atque in usus meos priuatos
 conuerti, quae nunc publicis usibus
 non denegare volui. Accipe ergo,
 quae Tibi debeo, fronte, quod so-
 les, serena, & in tesseram animi,
 Tibi post cineres quoque deuinctissi-
 mi, deuotissimique. Precor ani-
 mitus, ut benignissimum Numen
 senectutem Tuam, **VENERABI-**
LIS SENEX! ad Nestoris annos
 pro-

prouebat, ut diu adhuc tam ore
 quam scriptis Ecclesiae Christianae,
 quod hucusque praestitisti abunde,
 inservias. Sic nominis Tui gloria,
 quae per orbem dudum innotuit,
 Et ita confirmata est, ut eius me-
 moria nulli unquam obliuioni tradi
 queat; semper maius adhuc, atque
 iterum maius sibi robur sumet, Et
 nostra speciatim Academia, post
 fata etiam Tua beata, incompara-
 bile prorsus atque perenne in TE
 habebit ornamentum, Et tam de
 Tua salute Et fama, quam de suis
 incrementis, quae Tibi Tuaeque
 prudentiae ac industriae debet ma-
 gnam partem, magnopere exulta-
 bit. Ego tandem, cliens Tuus de-



*uotissimus, de tanto Patrono, quem
ut DEVS diu saluum atque incolu-
mem praestet, intensissimis semper
efflagitabo precibus, constanter mi-
bi gratulabor. Qui morior*

**VIR SVMME REVERENDE,
MAGNIFICE AC EXCEL-
LENTISSIME**

*Nominis
tui celeberrimi*

**Dab. Ienae, VIII. Calend.
Octobr, MDCCXVIII.**

Cultor deuotissimus

**M. Henricus Gottlieb Reime,
Facult. Philosoph. Adj.**

LE-



LECTORI PLACIDO

S. P. D.

Aut. or.



Ita tandem aliquando lucem publicam Grammatica nostra Arabica post aspicit, quam varios casus, varia rerum discrimina experta est. Quae fecere, ut promissis, quae publice dedi, stare adhuc non potuerim. Nam vel non aderat, qui huic labori sumtus impenderet, nimis prolixo vni alteriue viso; vel, si sumtus promittebantur, typi deficiebant Arabici, ad hoc opus edendum necessarii; vel aliae suboriebantur difficultates, quae totum institutum impediabant. Quas ut e medio tollerem, meis nunc effeci sumtibus; & simul ea re potissimum libri huius euulgationem promouui, ut prolixas, quas hinc inde adieceram annotationes, omitterem, criticas seu philo-

a 5

logi-

logicas. *Compendium* itaque *Institutionum Arabicarum* nunc accipis, *Lector benevole*, non opus aliquod prolixum, & copiosius dilucidatum. Eas tamen notas, quibus carere liber commode non poterat, haud erasi; prolixiores in posterum fortassis tecum, si re fuerit, communicaturus. *Adiecturus etiam*, si non ingrata haec fuisse deprehendero, *interpretem Arabicum, paradigmata Syriacorum verhorum tam perfectorum quam imperfectorum*, nec non, si sumtus sufficientes promiserint bibliopolae, *concordantias Novi Testamenti Syriaci*, de quibus multum diuq; cogitavi atque laboravi, aliorum etiam, Clarissimorum doctissimorumque virorum opera in usus publicos, suos, meosque exorata & exoranda. Hac vero forma hoc opusculum prodire volui, vt cum accuratis operibus Grammaticis *Celeb. Danzii* si non conferri, compingi tamen possit Grammatica nostra. Vtere ea feliciter, L. B. & mihi meisque conatibus favere perge, ac Vale!

SYLLABVS GRAMMATI- CAE ARABICAE.

CAP. I.

De Lectione.

§. 1. Tractat de literis in genere. §. 2. De organo literarum. §. 3. De literis mouendis, quiescibusque agit, & quando actu quiescant, tradit. §. 4. Siftit literas variables, connexiuas, finales, dilatabiles, flexiles, euehibiles &c. §. 5. Literas radicales exhibet & feruiles. Et quando hae actu feruiant, thesibus XIV. adiectis distincte demonstrat. §. 6. De Vocalibus. §. 7. De fulcris vocalium. §. 8. De Diphtongis. §. 9. De scheuate Arabum seu Dçiesmate. §. 10. De Tisdid, seu Dagesch Arabum. §. 11. De Hamfa. §. 12. De Wisla, agit, & §. 13. Specialiora de Elif vnionis tradit. §. 14. De Midda, & §. 15. De Syllabis agit. §. 16. Sedem toni, & §. 17. Distinctionum notas ponit ob oculos.

CAP.

CAP. II.

De Pronominibus.

- §. 18. Generale Pronominum discrimen.
 §. 19. Personalia pronomina exhibet. §. 20. Demonstratiua. §. 21. Relatiua. §. 22. Defectiua. §. 23. Speciatim articulum $\overset{\text{r}}{\text{J}}$, ex suis fontibus genuinis, ex pronomine relativo Arabico, deductum. §. 24. Suffixorum schema. §. 25. Mutationes, ob adiecta suffixa in orationum partibus oriri solitas, tradit.

CAP. III.

De Verbis perfectis.

- §. 26. Generaliora de verbis continet.
 §. 27. Formationem praeteritorum, per IV. classes omnium. §. 28. Flexionem praeteritorum per personas. §. 29. Formationem Imperatiuorum, a praeteritis suis descendentium, repraesentat. §. 30. Futura actiua a suis formantur Imperatiuis, & futura passiua ab actiuis Futuris. §. 31. Participia, a Futuris formanda, perhibentur. §. 32. Siftuntur Infinitiu. §. 33. Adiicitur Doctrina de
 qua,



quadratis verbis, & §. 34. Quid literae *ā* & *ī*, aliaeque nonnullae, in verbis patiantur mutationis, significatur.

CAP. IV.

De Verbis Imperfectis.

§. 35. Transiitum facit ad verba Imperfecta. §. 36. De Verbis Fe Vau. §. 37. De Verbis Fe Iod. §. 38. De Hamfatis prima radicali. §. 39. De Hamfatis media, & tertia radicali. §. 40. De quiescentibus tertia *و*. §. 41. De quiescentibus tertia *ي*. §. 42. De quiescentibus Aiin. §. 43. De geminantibus secundam tractat. Quid de dupliciter imperfectis habendum sit, hic insimul praecipitur.

CAP. V.

De Nominibus.

§. 44. Ad doctrinam de nomine transit. §. 45. Sicit nominis Figuram. §. 46. Formam. §. 47. Nunnationem, huiusque omissionem. §. 48. Genus. §. 49. Motionem. §. 50. Numeros & Casus. Seorsim. §. 51. Vocatiui

catiui flexio varia traditur, & §. 52. Pertractatur doctrina de pluralibus nominibus fractis. §. 53. Status describit.

CAP. VI.

De Particulis & Figuris Grammaticis.

§. 54. De particulis agit non connexis. §. 55. Exhibet Epenthesein. §. 56. Paragogen. §. 57. Apocopen, ubi etiam, quid de Syncope hic statuendum, not. (a) indicatur. §. 58. Antithesein.

CAP. VII.

Varia Arabicae Grammaticae supplementa suppeditans.

§. 59. De discrimine partium orationis Arabicae. §. 60. De inuestigatione radices agit. §. 61. De inuestigandis coniugationibus. §. 62. Methodum analyseos Arabicae suppeditat. Hisce subiiciuntur alia additamenta necessaria, item errores typographici & paradigmata verborum tam perfectorum, quam imperfectorum.

مس



بِسْمِ اللّٰهِ

CAP. I.

*De elementis primis Et uniuersalis-
simis.*

§. I.



*Iterae Arabicae a dextra ver-
sus sinistram scriptae, sunt
XXVIII. eaeque omnes confu-
nac. Quarum notetur*

Figura, Nomen,

Potestas.

(a)

Elif,

Spiritus Graecorum
lenis (')

Be,

b. lenissimum, כ
Ebraeum f bh.

Te,

t. omnium durissi-
mum.

A

§ The,

<i>Figura,</i>	<i>Nomen,</i>	<i>Poteslas.</i>
ⲥ	The, (t blaesum,	<i>Wasmutbo thse</i>)
Ⲧ	Dçim,	dç, d lenissimum cum sibilo mollissimo.
Ⲩ	Hha vel Cha,	hh, vel ch, Ⲛ Ebraeo- rum.
Ⲫ	Cha,	Caph Raphatum, Ⲙ Graecorum.
Ⲭ	Dal,	dh, f. d. lenissimum.
ⲭ	Dfal, d blaesum,	ds, ex Ebraeo enim sibilo ⁊ lenissimo aliquid attrahit.
Ⲯ	Re,	Ⲛ
ⲯ	çe,	ç ad instar lenissimi Gallorum S.
Ⲱ	Sin,	ç, respondens Ebraeo Ⲏ.
ⲱ	Schin,	fch, respondens E- braeo Ⲱ.
Ⲳ	Tzad,	tz,
ⲳ	Tfad,	tf,
Ⲵ	Ta,	Ⲟ Graecorum, nonnihil tamen durius eo ad- huc est.
ⲵ	Ta,	Medium inter d & t, Graecorum Ⲟ.
Ⲷ	Ajin,	chch, seu hhhh, respondet ex asse Ebraeo Ⲷ è Gajin,

Figura,	Nomen,	Potestas.
ו	Gajin, Fe,	g. 3 Ebr. ph, 5 molle s. rapha- tum Ebraeorum.
כ	(β) Kaph,	κ, Ebraecum p.
ק	Kef,	ϰ Ebraecum, cum aspi- ratione.
ל	Lam,	l.
מ	Mim,	m.
נ	Nun,	n.
ו	Wau,	vv.
ה	He,	h, spiritus asper Grae- corum (ʰ) Ebraeo- rum ה.
י	Je,	j, Ebraecum Jod.

(α) Obs. 1. Arabes hanc literam *Alefon* vel *Alaf* appellant.

(β) Obs. 2. Arabes occidentales seu Mauri, τὸ *Kaf* ita scribunt ق & a Fe per punctum infra possum distinguunt, و; Orientales pro *pin-*gunt مِس vel مِس, vel مِس. Interdum puncta literarum diacritica omittuntur, & hac nota v indicantur.

Obs. 3. Extracessentialis potestas literarum, qua numerorum notae sunt, est sequens:

10.	9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.
200.	100.	90.	80.	70.	60.	50.	40.	30.	20.
1000.	900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.		

ا ب ج د ه و ز ح ط ي
ك ل م ن س ع ف ص ق ر
ش ت ث خ ن ض ظ غ

Numeri intermedii exprimuntur , ut apud
Ebraeos.

§. 2.

Ratione ORGANI, inter pronuncian-
dum prae reliquis per litteram aliquam af-
fecti, dispesci possunt litterae in *Gutturales*
أ ه ح ع, *Palatinas*, ق خ غي, *Linguales*,
ذ ن ط ظ ذل ذذ Porro in *Dentales*, uti sunt:
ب و ف و ص و ض و صر و ش

- Obs. 1. *Litterae unius organi facile inter se alternant*,
manente eadem vocis significatione. (a)
- Obs. 2. *Arabes Ebraeorum voces faciunt suas per al-*
ternationem litterarum ejusdem organi (b) &
quiescentium, (c) per litterarum transposi-
tionem, (d) ablationem, (e) adjectionem (f) &c.
- Obs. 3. *Vocales etiam Ebraeorum Arabes varie per-*
MUTANT. (g)

Obs.

Obf. 4. Literae *Linguales & Dentales* Arabibus dicuntur *solares*, reliquae *lunares*.

(a) v. c. ذِي & دِهِي Di & Debi, haec, idem significat تِي & تِهِي Ti, Tebi.

(b) v. gr. سَمِعَ, Samea, audiuit, ex Ebraeorum שָׁמַע:

(c) e. gr. مِئָה⁵³ Mejaton, centum, ex Ebr. מֵאָה it. אֵי אֵי אֵי vel אֵי אֵי אֵי signum ex Ebr. מֵאָה

(d) e. c. נָסַם Nason, homo ex Ebraeorum נֶפֶשׁ it. מַע vel מַע, maa vel ma, cum ex Ebr. עַם

(e) אָפֶה & אָפֶה, phon & phaton, perniciēs, noxa, ex Ebr. אָפֶה

(f) אֵלַי, ala, ex Ebr. עַל super. Caeterum recurrunt hic ea omnia quae *Reu. DANZIVS* de Chaldaicis retulit §. 3. instituit. Ebr. obs. 2.

(g) De permutatione vocalium testantur exempla iam allata.

§. 3.

Ratione SONI literae sunt

- I. *Mouendae*, quae ope vocalis sonum
A 3 com-

competentem ubiuis perficiunt, cujusmodi sunt praeter **اوي** omnes.

II. *Quiescibiles*, **اوي** (Eui) debiles Arabibus dictae, in medio ac fine vocis, de-
 fitutae puncto vocali motum earum indicante, latitant actu quiescentes, quaelibet post
 vocalem motui suo cognatam, mox indicanda. Nimirum

1. **ا** quiescit post Fata & dçiesma subintel-
 ligendum. (a)

2. **و** quiescit, quatenus est fulcrum voca-
 lis **و**, & **ي** conficit, (b) varius etiam, quan-
 do vicarium, est **ر** **ا** post **ـ** *

3. **س** quiescit tam post **ـ** (Kefre) (c) quam
 post **ـ** (Fata) (d)

Obs. 1. **ا** & **و** etiam post Nunnationem quiescunt. (e)

Obs. 2. Omnis litera mouenda non vocalizata cum
 Dçiesma (**ـ**) noletur, (ee) quod apud Arabes
 etiam in fine exprimitur, licet non praecedat
 dçiesmanda alia. (f)

Obs. 3. Literae **اوي** facile inter se alternant,
 (g) saepe eliduntur penitus. (gg)

Obs. 4. Quando eadem dicuntur quiescere in vo-
 cali aliqua, tunc punctum adscriptum tol-
 lunt, praecedens in eam mutant, in qua ju-
 bentur quiescere, vocalem, (h)

Obs.

Obs. 5. Eaedem accommodant se vocalibus, maxime homogeneis. (i)

(a) e. l. وَأَنْكُرُوا, vadchoru, & recoramini.

(b) e. c. خُذُوا, Chodu, recipite.

* v. c. صَلَوَاتٍ, preces, Sur. II. v. 2.

(c) v. c. Sur. II, 46. يَا بَنِيَّ O FILII!

(d) e. l. عَلَيَّ, super, رَامَا, projecit.

(e) v. c. هَدَىٰ ذَاكَ, verificans, هَدَىٰ, Hoda, directio.

(ee) رَحِيمٌ, misericors. (f) عَلَيْهِمْ, super illis.

(g) v. c. هِذِهِ, hic, in masculino, هَذِهِ, haec in foeminino.

(gg) Siue tantum quoad sonum, unde doctrina de Wisla, de qua infra §. 12. siue quoad ipsam figuram. e. c. بِسْمِ اللَّهِ, pro بِسْمِ إِلَهِ, in nomine DEI, it. إِلَهِ & إِلَهِ, DEUS, اِل (Elon)

& اِبْدِلْ, DEUS foris. Porro pro رَبِّي legimus رَبِّ mi Domine.

(b)

(b) v. c. $\dot{y}o\dot{m}z\dot{o}d$ pro $\dot{y}a\dot{m}z\dot{o}d$, *cre-*
dent.

(i) vide modo exemplum praecedens.

§. 4.

Porro literae aliae sunt variables, in-
variabiles aliae. *Variabiles dantur* tam ra-
tione Figurae quam ratione soni. Quae
ratione figurae variant, sunt

1. *Connexiles*, (a) a parte quidem *dextra*
omnes; singulae enim virgulam aliquam ac-
cipiunt, ceu connectendi medium. (a)

(β) a *sinistra* parte autem *omnes* ne-
ctuntur, (b) praeter has *sex* $\dot{a}n\dot{z}o\dot{m}z\dot{o}d$ (c)

obs. v finale cum caeteris, excepto (d)
ita connectitur, ut *istae caudam suam* saepe
protrahant altius. (e)

2. *Finales*, quales sunt $\dot{v} \subseteq \dot{z}$, quae *in*
sine vocis liberius pinguntur; \dot{z} quidem ita
 \dot{v} , (f) \subseteq sequentem in modum \dot{z}
(b) litera autem \dot{v} hunc in modum,
f (i)

Obs. 1. *Omnes, praeter septem, literae* $\dot{a}n\dot{z}o\dot{m}z\dot{o}d\dot{z}$
(k) *ductum finalem protrahunt* pro lubitu. Id
quod

Obs.

2. De litera \mathcal{J} speciatim tenendum, quod

(a) saepe reflectatur, (l)

(β) saepe puncta sua duo ventri literae inscribat, (m) interdum alterum sub altero perpendiculariter ponat, (n) interdum penitus ejiciat. (o)

3. Dilatabilis, quales apud Arabes sunt connexiles fere omnes, quarum ductus transversi ad spatium decore complendum protrahuntur, integris interdum lineolis. Praecipuae sunt:

ي بي (p) م ن ه و

4. Flexiles, quae in gratiam alterius literae flectuntur varie, suntque potissimum sequentes;

(α) \mathcal{J} post \mathcal{J} , cadens ei adiungitur hunc in modum \mathcal{J} (q)

(β) \mathcal{J} quoque, uti apud Syros, ad \mathcal{I} sese accommodat, quadratam magis figuram assumens \mathcal{Y} (r) Nec non

(N) ad \mathcal{S} sequentem in modum se accommodat \mathcal{K} (s) & v. v. \mathcal{S} ad alias. *

(γ) litera \mathcal{O} pluribus sese accommodans literis subiicitur, cauda sua in fine liberius protracta. (t)

(δ) Litera \mathcal{S} connexa in medio-modo sic modo aliter \mathcal{S} flectitur. **

5. *Euebibiles*, quas

(a) Literae ζ , τ , χ , *sibi praecedaneas ab initio & sine attollunt*, vel *integras*, vel *quoad sui terminum*. (v) Sic &

(β) *speciētenus* \int ante \circ ponendum huic superimponitur sequ. in modum \int^s , it. ut illi quoque manubrium possit adiici \int^s , (vv) aliis rarius.

II. *Ratione soni variant*

1. *Litera* \int *decies manda*, quae ante \int *idem sonat ac* \circ , (x) *ante literas* \int^s *accipit sonum subsequentis*. (y)

2. \int *finale*, *duobus punctis notatum*, *eruditis*, *vocalem ultimam exprimentibus*, *sonat t*, sed *apud vulgum*, *vocali sua neglecta*, *sonum antiquum retinet*. (z)

Obf. \int & \int^s hoc quoque modo \int^s pinguntur nonnunquam, (aa) & c ab initio, & non connexum a dextra ordinarie scriptum, in medio & fine plenius pingi solet ita: \int^s (bb)

(a) *Connexivae* dici poterunt, vel *accommodabiles*. Altera enim ad alteram figura sua ita sese accommodat, ut, cum Arabes, secus ac Ebraei, Chaldaei, Samaritani &c. cum Syris literas suas connectant, id fiat mediante lineola exigua. Quod si obseruaueris, euitabis quadruplex istud Alphabetum,

betum, quod alias rudimentorum Arabicorum
autores in fronte statim collocare solent. Quo
terrori sunt tironibus sine causa.

(b) v. c. ^{لِقَوْمِهِ}, *populo suo.* وَأَرْكَعُوا

et inclinati adorete.

(c) e. c. ^{اذْأَنْزَلْنَا}, *itaque demissimus,* وَأَنْكُرُوا,
recordamini.

(d) Ratio est, quia ^أ in fine non connectitur.

(e) vid. e. c. ^{دَالٍ}, *animo imbecillis,* (f) e. l.

^{اللَّهُ}, DEO.

(b) ^{أَذْكِي}, *utique tu.* (i) ^{وَيَمِدُّهُمْ}, et pa-
tienter fert eos.

(k) ^{فَحَرَّ}, *nos,* ذَامِس, *homines,* أَضْرَأَقْتِن,
illuminavit F.

(l) v. c. ^{فِي}, *in ea.* (m) ^{هَدَىٰ} أَت, *directio.*

(no) ^{أَوْلَادِكِ}, *illi,* ذَصْدَارِي, *Nazareni,*

Christiani. ^{بِإِسْمِ} *hae.*

(p) v. gr. ^{بِإِسْمِ اللَّهِ} *in nomine DEI.*

^{أَمِينَ}, *Amen.*

(q) v. c. فِي الْأَرْضِ ضَ , in terra. (r) لَا non.

(s) pro مَأْكَلَةً scribi potest, مَأْكَلَةٌ, locus,
ex quo cibus capitur.

* بِالْكَافِرِينَ, inter Apostatas.

(t) فِي قُلُوبِهِمْ in corde ipsorum. هُمْ, ipsi,
أَمَّ , annon, رَحِيمٌ, misericors.

** مِمَّا نَزَّلْنَاهُمْ , praeuimus ipsis. عَلَيْهِمْ, su-
per illis. it. مَهْدَدٌ يَدِينُ, recte ducti.

(v) الْحَمْدُ, laus, أَفْوَاجُونَ, infelices.
نَحْنُ, nos.

(x) آمْبَارُونُ, Ambaron, ambarum, Amber.

(y) Uti in quibusuis fere linguis litera N, vo-
cali destituta, seu, vt orientalium ore loquitur,
schua quiescenti efferenda, induit sonum, imo fi-
guram literae subsequens. Latini dicunt pro
inmunis, immunis, pro συλαμβάωνω Graeci συ-
λαμβάνω, &c. Caeterum verbi loco nota مِمَّا نَزَّلْنَاهُمْ,

a Domino suo. WASMUTHUS p. 3. Grammat.
Arabic. per ng hoc in casu legendum suadet;
CELLARIUS vero Isagog. Arab. p. 5. obseruat, eo-
ipso

ipso in casu in MS. codicibus, literam, cuius formam aemulatur, eidem inscribi caractere rubro.

(z) v. c. ^مم^و, it. ^مم^و Eruditi legunt *Macaron* it. *Mackijaton*, vulgus *Macca* & *Mactiia*. Est patria urbs maximi, inter falsos, Vatis, Mahumedis.

(aa) v. c. ^مم^و, magnus. ^مم^و missus est.

(bb) ^مم^و, robustus, ^مم^و, animadvertent.

§. 5.

Denique *ratione ORIGINIS* literae aliae sunt

1. *Serviles*, (a) cuiusmodi comprehenduntur vocibus: ^مم^و ^مم^و ^مم^و, *Mose* (on) *Va Caleb* (on) *Pba Etan* (on), ex quibus literae ^مم^و, pinguescent partim *formationi partim significationi inserviunt*; literae vere ^مم^و, *in naui eius, semper consignant.*

2. *Radicales caeterae omnes, quae servire non possunt, nisi quod*

Obs. 1. Literae \aleph & ω hic seruilibus superad-
dendae.

Obs. 2. Ab initio tantum seruire possunt literae
 \aleph & ω

(a) ab ininitio & fine tantum seruire
possunt literae \aleph & ω

(β) in fine tantum & medio seruit ω

(γ) Reliquae vbiuis seruire possunt. Mox
tamen determinandum erit, vbi & hae actu
seruiant, vbi non? (b)

Obs. 3. *Seruiles diuiduntur in literas extracessentiali-
ter & essentialiter seruientes, quarum istae si-
gnificationem vocis augent, vel euphoniā pro-
mouent; (bb) hae significationem tantum va-
riant, vel formam mutant. (c) Istae ab ini-
tio positae praefixa, in fine suffixa: hae ibi
praeformatiuae hic affirmatiuae audiunt.*

(a) i. e. tales, quae ad literas radicales, vocem,
seu thema ipsum non pertinent, essentialem vo-
cis significationem non ingrediuntur per se & suapte
natura, sed per accidens voci ipsi adiciuntur.

(b) Seruitutem literarum Ebraicarum Chaldaic-
arum & Syriacarum curate determinauimus in
nostro de *discrimine literarum actu seruientium &
actu non seruientium tractatu*. Arabicarum in ser-
uendo sedem thesibus inclusam eadem cura da-
bimus illico.

(bbc)

(bbe) in voce v. gr. *فَجَعَلْنَا* & *posuimus illud*, extraessentialiter serviles, seu consignificatiuae sunt ab initio praefixum *ف*, &, in fine suffixum *ا*, *illud*. Essentialiter serviles affirmatiuum *ا*, primae pluralis nota. Similiter in *وَكَفَرُوا*, & *abnegarunt*, praefixum consignificatiuum seruale est *و* &, affirmatiuum significatum varians & pluralem constituens *وا*, in quo s mere paragodicum s. otiosum recte censetur.

Th. 1.

Litera s seruit

I. AB INITIO

1. Verborum (a) in praeteritis extra 1. 2. 3. 6. & 7. omnibus, (a) horumque, (b) uti & primae (c) saepe classis imperatiuis.

(β) ut nota primae personae futurorum numeri singul. (d)

2. Nominum auctorum (e) & in eorum articulo. (f) Item

3. ut praefixum interrogantis (g) aut vocantis debortantisue, (gg) aut comparatiuum facientis. (b)

II. IN MEDIO

1. Ver-

1. *Verborum* 3. 7. & 11. I. ac coniugationum (i)

2. *Nominum auctorum*, (k) numeri item dualis ac pluralis faemininorum. (l)

III. IN FINE

1. *Verborum*, ut nota dualis numeri 3. singul. masculinae (m) & 2. plural. (n) nec non in affirmatiuo primae pluralis praeteritorum (o) uti & in 2. masculina imperatiuorum futurorumque (p) & denique in 3. masculina plurali praeteritorum. (q)

2. *Nominum auctorum faemininorum*, (r) & tandem

3. *in quibusdam suffixis*. (s)

(a) tam actiuus quam passiuus v. c. ^{أَنْزَرِي}, *missi*,
^{أَنْزَرِي}, *missus est*.

(b) v. c. ^{أَنْعَمِي}, *gratosum re exhibe*.

(c) ^{أَهْنِ ذَا}, *duc nos*, ^{أَكْفَرِي}, *abnega*.

(d) e. l. ^{أَقْسَمِي}, *corrupte viuam*.

(e) Characteres nominum auctorum Ebr. dedimus tr. de literis actu seruientibus §. 2. p. 5. not. g. Ast Nomen Arabicum pro aucto habendum, quando plures tribus radicalibus literae, eaeque ^{أَنْهَمِي} adsunt.

adsunt. Aut si vel non plures vel ne tot quidem
adsunt. eae tamen, quae praesto sunt, neque ra-
dicem neque formam quandam conuenientem ex-
hibent. Sic v. causa nomen auctum est. ^{وَأَنفُسٌ}
anima, Ebr. נְפֻשׁוֹת, it. ذَفُوضَةٌ, turba hominum
exploratrix.

(f) e. c. ^{بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ}, in
nomine DEI miseratoris misericordis.

(g) ^{أَمْ نَكْفُرُ}, num credimus?

(gg) ^{أَدْرَأْسُ}, ô Adam! ^{أَعَزُّوهُمْ}, siue com-
monueris ipsos.

(h) v. c. ^{أَحْسَنُ}, melior, ex ^{حَسَنٌ}, bonus.

(i) ^{صَادِقٌ}, iustitiae studuit.

(k) ^{صَادِقٌ}, verax, ingenuus.

(l) ^{رَجُلٌ}, vir, ^{رَجُلَانِ}, duo viri, ^{زِيَّاتٌ},
Prophetissae.

(m) ^{قَالَا}, dicit uterque. (n) ^{ذَلْتِمَا}, dicitis
ambo. (o) ^{أَمَّنَا} credimus.

(p) ^{آمَنُوا}, credite, ^{ذُقُّوهُنَّ}, perditae viuetis.

(q) ^{أَنزُوا}, incidunt. (r) ^{كَبِيرِيَاءٌ}, excellentia.

(r) *אֲנִי נָא*, *duc nos*, *قُونْ هَا*, *materia*
ejus.

Th. II.

Litera γ *actu servit* unice AB INITIO.

1. Vt nota genitivi casus, (a) *significans* imprimis *in*, *cum*, &c. (b)
2. Quando est *jurandi formula*, (c) &
3. *Adiectivo potissimum praeposita*, (d) denique
4. *Nexum verbi cum nomine facit.* (e)

(a) Quem alias praepositiones tam connexae quam inconnexae regunt.

(b) Caeteris significationibus, quas in Ebraismo obtinet, non penitus exclusis. v. c. *وَيَسْمِعُ الْكَلِمَةَ*
in nomine DEI. *يَوْمَ تَوَدَّ بِيَأْ*, *credunt in id,*
أَنْ يَكُونَ بِسَمْعِهِمْ, *secedere cum auditu ipsorum.*

(c) *بِأَلِهِ*, *per DEVM.*

(d) *أَلَهُ بِقُوَّةٍ*, *DEVS est in potente*, i. e. *DEVS est potens.*

(e) *أَنْ يَنْ يَوْمَ تَوَدَّ بِأَلَيْهِمْ*, *qui fidem ha-*
bent mysterio,

Th

Th. III.

Litera 3 feruit

I. IN INITIO

1. *Verborum*, (a) *ut nota futurorum 3. foemin. singularis & 2dae utriusque generis & numeri. (a)*

(β) *ut nota coniugationum 6. 7. maecque (b)*

2. *Nominum auctorum*, (c) &

3. *Quando Nominibus per Fata praefixum inseruit iuramento. (d)*

III. IN MEDIO

Verborum classis 5. & 13tae. (e)

III. IN FINE

1. *Verborum*, *in affirmatiuis 3. foemin. singul. (f) & 2. utriusque generis (g) ac numeri, nec non singularis primae personae. (h)*

2. *In nominibus foemininis pluralibus. (i)*

(a) e. l. ذَوَصَلِّ , ذَوَصَلَوْنَ , ذَوَصَلِينَ , ذَوَصَلٌ ,
secabitis F. secabitis M. secabis F. secabit F.

(b) ذَقَا صَلٌ , *secare conatus est*, ذَوَصَلٌ , *interfecit volens.*

(c) v. c. ذَوَوَيْدٌ , *adpositio literae ذ, nunnatio,*
a ذَوَدٌ, adposuit literam Nun, i. e. terminationi nomi,

nominum, incremento finali non gaudentium, sonum r N. adiecit. Idquod eruditi facere solent, non vulgus.

(d) رَضَ رَضًا , per terram.

(e) v. l. أَفْضَلَ , secuit plene.

(fgh) فَضَلْتُ , فَضَلْتَ , فَضَلْتُمْ , فَضَلْتُمْ ,
secuistis F. secui C. secuisti M. secuit F.

(i) زَيْبَاتٌ , vates foeminae, ex singul. زَيْبَةٌ ,
vates foemina, ab Ebraeo זַיְבָה .

Th. IV.

Litera و seruit tantum in medio conjugationis Vrae partim post sibilantem ر , partim post homogeneas & eiusdem organi literas و & ن (a)

(a) وَرَفَرَ , gemuit, suspiravit, in V. coniug.
 وَأْتَرَفَرْنَا , idem, وَجَلَّ , intravit, وَأْتَجَلَّ vel
 وَأَجَلَّ , idem.

Th. V.

Litera س ex particula سَوْفَ desumpta, seruit ab initio per Fata Futuris praefixa, significans post, (a) item

2. inter

2. *inter praeformativa coniugationis XIIIae. (b)*

(a) Vt futurum, quod & praesens notare poterat, vti apud Ebraeos, futuri significatum praesens habere, innuat. v. c. ^ויִצְטִיחַ, *adiuuabit*, *postea adiuuabit.*

(b) אֶתְהַזֵּה, *irrisit, substannauit.*

Th. VI.

Litera *ב* *seruit in medio conjugationis quintae post primam aut sibilantem כו כז, (a)* *aut homogeneam ב ב (b)*

(a) אֶצְטִיחַ, *patiens fuit*, in Conjug. V. אֶצְטִיחַ
vel אֶצְטִיחַ, *patientiam simulauit.*

(b) אֶצְטִיחַ, *migrauit*, אֶצְטִיחַ vel אֶצְטִיחַ
inequitauit.

Th. VII.

Litera *ו* *per Fata seruit.*

I. AB INITIO, *tanquam praefixus*, *sub variis significatibus, (a) imprimis copulatio.* (b)

II. IN MEDIO 1. *verborum in coniugationibus X. & XI. ma. (c) ac*

2. *tam in verbis, quam in nominibus, ut enater lectionis vocalis Dümma. (d)*

III. IN FINE *verborum, ceu affirmativum 3. plural. praeteritorum, (e) itemque 2. pluralis imperatiuorum, (f) nec non tam 2. quam 3. plural. futurorum masculini generis. (g)*

(a) Habet istos partim communes cum (٦) Ebraeorum ex §. interpretis Danziani 193. (edit. recent. 149); partim Arabibus peculiare, *in interprete Arabico recensendos*, conf. de hac & aliis particulis Celeb. THOM. ERPENIUS *in rudimentis linguae Arab. p. 134. sqq.* Huc haec non pertinent.

(b) وَيَقْطَعُونَ, & *dirumpent.*

(c) أَقْتَوْلَ, *interfecit cum vehementia, item أَقْتَوْلَ, interfecit.*

(d) يَقُولُ, *dicet, سَقُوبٌ, successor.*

(e) فَذَلُّوا, *interfecerunt. (f) قُولُوا, dicite.*

(g) ذَقُولُونَ, *dicetis.*

Th. VIII.

Litera **ف** *seruit* tantum *ab initio*, i. per *Fata*, ut *copula* potissimum, & *pleonastica*.

2. *Mobilis per Kische*, habet *significatum* propositionis *in*.

(a) *Significatus illatiuus, ergo, igitur, non excluditur, uti nec id, quod adverbium est temporis praeteriti. Sed haec vid. in interprete Arab.*

copulatiuam vide v. c. Sur. II. 65. قَجَانَاهَا ذَكَالَا, & posuimus illud in exemplum.

(b) *فيها, in ea.*

Th. IX.

Litera **س** *per Fata* *seruit*

1. *ab initio, ut particula* potissimum *comparatiua, (a) & alias*

2. *in suffixis secundae personae. (b)*

(a) *Caeteros significatus, in Arabico interprete addendos, & cum significatibus Ebraei (ס) facile conciliandos, hic iterum scientes omittimus*

v. c. vid. Sur. II. v. II. كَمَا آمَنَ النَّاسُ, quemadmodum credere solent homines.

(b) *l. c. v. 29. بِحَسْبِكَ نُسَبِّحُ, laudabimus*

ex de-

ex desiderio tuo , وَزَوَّقْنَا مِنْ لَذَائِكَ , & sanctificabimus Te.

Th. X.

Litera *J* seruit ab initio

1. in verbis (a) praeteritis, ubi optativum est, per Fatha.

(β) Futuris, ubi imperativum constituit, per Kischre.

(γ) Infinitivis.

2. in nominibus, ubi & praepositiones & casus diuersos denotat. (a)

(a) Recensenda & haec magis distincte in interprete Arab. quo proprie spectant. v. c. ^{لَا} ^{أَلْحَدَ} ^{لِلَّهِ}, laus DEO.

Th. XI.

Litera *o* seruit AB INITIO.

1. Verborum ut nota participiorum. (a)

2. in nominibus auctis. (b)

II. IN FINE in suffixis. (c)

(a) v. c. ^و ^{سَدِّقِيمَ} ^{مُ}, relictus.

(b) ^س ^{عَطِشَ} ^{مُ}, terra sitiens, aquae expers.

(c) v. gr. ^{عَلَيْهِمْ}, super illis.

Th.

Th. XII.

Litera 3̄ seruit

I. AB INITIO, ut nota numeri pluralis primae personae futurorum (a)

II. IN MEDIO, verborum coniugationis IX. (b)

III. IN FINE, 1. verborum in affirmatiuis 2. foemin. & 1. communis pluralis praeteritorum, (c) nec non futurorum foemin. 2. singularis & tam 3. tiae quam 2. personae generis utriusque numeri pluralis, (d) porro in imperatiuis 2. pluralis foemininae. (e)

2. in nominibus terminationis pluralis dualisue (f) & denique

3. in suffixis. (g)

(a) ^{وَسَد} نَسْبِحُ, laudabimus. (b) ^{أَنْعَصِرُ} أَنْعَصِرُ, pressit.

(c) ^{أَعَصِرْتُمْ} أَعَصِرْتُمْ, pressistis F. ^{أَعَصِرْنَا} أَعَصِرْنَا, pressimus.

(d) ^{تَذْصِرِينَ} تَذْصِرِينَ, subiugabis F. ^{تَذْصِرُونِ} تَذْصِرُونِ, de-

gluetis haustam aquam, ^{يَا صَدْرِي} يَا صَدْرِي, cingent F.

(e) ^{أَعَصِرِينَ} أَعَصِرِينَ, circumdate.

(f) v. c. ^{ذِي يُونِ} ذِي يُونِ, Vates (multi), ^{ذِي يُونِ} ذِي يُونِ,

Vates (duo).

D

(g)

(g) أَهْدَنَا، *duc nos*, فَسَوَّيْنَاهُنَّ، & *aequa-*
uit easdem.

Th. XIII.

Litera 3̄ *seruit in fine, ut nota nominis*
foeminini. (a)

(a) v. c. ^{وَأَمَّا} نَذِيرَاتٍ، *vaticinium.*

Th. XIV.

Litera 2̄ *seruit AB INITIO verborum, ut*
nota 3̄ masculinorum & 3̄ foemin. pluralis. (a)

II. IN MEDIO, *ut mater lectionis vo-*
calis Kiscbri, tam in verbis, quam in nomi-
nibus. (b)

III. IN FINE

1. *Verborum in 2̄ foemin. singulari impe-*
ratiuorum, (c) &

2. *Nominum vel gentilitiorum vel foemi-*
ninorum. (d)

(a) v. c. يَنْهَبُ، *rapier M.* يَنْهَبُونَ، *rapient M.*
يَنْهَبْنَ، *rapient F.*

(b) كَافِرِينَ، *Apostatae.*

(c)

(c) ^{هـ}أَسْبَعِي, audi F.

(d) ^يذِكْرِي, recordatio, ^ييَهُودِي, Iudaeus.

Extra hos casus, iam traditos, hae ipsae serviles literae non sunt serviles, sed actu radicales, ubicunque locorum etiam deprehendantur.

Cautela circa haec tenus dicta apprime necessaria.

Vt hae obseruationes eo rectius applicari queant, animaduertendum id quoque est, quod, quemadmodum fieri debet in inuestiganda radice; ita & hic, vox illa, quae plurimis gaudet praefixis praeformatiuisque, suffixis item & afformatiuis, ea primum abiciat, quae circa extrema vocum posita sunt, iisque abiectis, literae his proximae, ita tractandae sint, ac si & illae statim ab initio vocis existissent. (a)

(a) e. c. assumamus vocem, ^{أذن رتهم} *أذن رتهم* siue *commonueris illos*. Abicienda est primum litera disiunctiuam hic constituens particulam, & suffixum ^{هـ}. Deinceps ut ab initio constitutum con-

sideratur Hamfa, quod tanquam vicarius هـ praeformatiui IVtae coniugationis tollitur, uti هـ in fine, ut afformatiuum secundae personae praeteriti. Remanent tres literae, actu radicales ف د ن , addixit, denouit.

§. 6.

Ut sonum persciant literae, adiciuntur illis vocales. Natura (a) earum quinque sunt, usu tamen obtinuit apud Arabes, ut tribus modo figuris eas designent. Hinc

— *FATCHA (b) in fine (c) aut ante (d), inque Syllaba simplici, (e) & saepe super, & ante gutturales in composita, (f) a purum sonat, alias fere ut A. Anglorum pronuntiandum. (g)*

— *KISCHRI (*) E purum notat in syllaba simplici: (h) in fine vero & ante literam ا I purum. (i) Alias in syllaba imprimis composita sonum obscurum ex E & I mixtum exhibet. (k)*

— *DVMMA (l) exprimit in fine vocis & syllaba simplici O purum: (m) alias Kubbutz Ebraeorum, in syllaba potissimum composita. (n) Ante و quiescens vero potestam ت Schu-reck cum eodem, ceu fulcro suo, obtinet. (o)*
(a)

(a) Vti apud gentes omnes.

(b) Arabibus dicitur ⁵فَتَحَّ، a rad. فَتَحَ, aperuit &c.

(c d) ⁵وَمِيمًا, *vamimma*, & de, eo quod, ذَلِكْ, Dalecha, hic.

(e) ⁵وَمَا, *Vama*, & non.

(f) ⁵أَنْعَمْتَ, *anamta*, gratiosum te exhibes, ⁵يَلْمَهُونَ, *iamahuna*, vagabuntur.

(g) v. c. ذَحْرَجَ, nos. *Naechno*.

* Ab Arabico ⁵قَشْرٍ, *cortex*, recte hoc nomen deriuatur.

(bk) ⁵بِنُورِهِمْ, *benurehim*, cum luce eorum.

(i) ⁵أَلْدِي, *Alladi*, qui, قِيلَ, dicitur.

(l) Arabum ⁵نَمَّة, *puteus*, radicis ⁵نَمَّ, *vittuperavit*.

(m) ⁵نَعِدُونَ, *faciemus*, *colemus*.

(n) ⁵يَمُودُهُمْ, *jamüddohüm*, perferet eos.

(o) ⁵كَأَنَّهُمْ, *existunt*, *Chanu*.

§. 7.

Vocalium duae I & U assumerunt a consonis
D 3.

sonis pro geminanda mora *fulcrum* aliquod
seu adiumentum, I quidem *literam* ۙ, (a)
U vero *literam* ۙ. (b)

(a) ۙۙ, dicitur.

(b) ۙۙۙۙ, credent. ۙۙۙۙ, experientur.

§. 8.

Diphthongos proprie dictas Arabes non ha-
bent. (a)

(a) Vti nec orientis gentes caeterae, apud quas
vocales duae, vno ore efferendae, non coalescunt
in syllabam vnam. Sine causa itaque CELLA-
RIVS Isagog. Arab. p. 7. eos reprehendit, qui de
Diphthongis hic silent.

§. 9.

Habent vero notam vocalis absentis $\overset{\circ}{_}$
dagesma, (a) aliis *Giesma* dictam, quae in
sine quoque expressa (b) nota est vocalis in-
mouenda *litera*, cui inscribitur, *absentis*, in-
dicans, eam per *vocalem praecedentem ani-*
mandam & efferendam esse. (c)

Obs. 1. *Dagesma articuli Westati omittitur ante li-*
teram solarem Fischdidatam, literam J inter
legendum omittendam esse indicans. (d)

Obs.

Obl. 2. *Litterae اوي dçiesma ordinarie respuunt, non radicales maxime, quando in praecedanea vocali possunt quiescere. (e)*

(a) Haud inuenio aliam, a qua commodius deriuari posset hæc vox, radicem, quam **جلس** unde nomen **جلسو**, breuis statura, despectus vel **جلسو**, breuis, vilis, macer. Ut adco vocetur hæc figura dçiesma ob vilitatem & lenitatem suam, ob quam inter veras vocales non erat referenda, quippe inter pronunciandum celerime abripienda.

(b) Secus ac apud Ebraeos &c. qui in fine Schua suum exprimere non solent. Arab. vid. **مذكرهم**, Similitudo eorum.

(c) Naturam itaque Schuatis Ebraei quiescentis æmulator vnice. v. gr. **أزعمد**, gratiosum te exhibuisti.

(d) **بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ**, in nomine DEI, miseratoris misericordis. Ante litteram vero non Tifchdidatam haud omitti solet dçiesma. v. gr. **ههم الخاسرون**, hi (sunt) iacturam facientes.

(e) **يؤمنون** pro **يؤمنون**, credent, **يؤمنون** inter credentes.

§. 10.

Notarum diacriticarum prima est *Tischdid*, ̣ , (*b*) quae est externa nota *literas*, *quibus omnibus*, praeter gutturales, *ipsi etiam* ̣ (*b*) *imponitur, duplicans*. Estque duplex

I. NECESSARIUM, (*) 1. *characteristicum*, quod *designat conjugationem grauem vel nomen inde formatum*. (*c*)

2. *compensatiuum*, quod *compensat litteram quandam mobilem abiectam*. (*d*)

II. EUPHONICUM, (*e*) quod *tantum euphoniae in lectione promouet, litteram suam ita geminans, ut praecedens dicesmanda in lectione plane occultetur*. Deprehenditur vero

1. *Initiale, ab initio vocis ab una ex litteris* ̣ *incipientis* (*f*) *speciatim post dicesmatum*. (*g*)

2. *Deltale littera* ̣ *post* ̣ , *rarius* ̣ , quod tunc interdum excidit, *impositum*. (*b*)

Obs. In quibusdam Codicibus *Tischdid* hoc non exprimitur, sed ut res nosissima praesupponitur.

3. *Solare seu Lambdale, litterae solari post articulum* ̣ *inscriptum*.

Obs.

Obs. Literas τῶ Tischdid affectas, *graves vocant*
Arabes, reliquas *leues*.

(a) Originem trahit a rad. Arab. ^سسب, *stabilis-*
suit, firmavit, in altera conjugatione, corrobor-
avit, τῶ Tischdid affectis, literam duplicavit. Vnde
nomen nostrum ^سسبب, *duplicatio recte deriu-*
tur. Bis itaque litera, hac figura insignita, est
efferranda, atque sic Dagesch forti Ebraeorum ex
alle responder.

(b) v. c. ^سسبب, *commoratio.*

(*) Differunt a se inuicem, quod *Tischdid ne-*
cessarium semper immediate in eadem voce vocalem
veram sibi praemittat, alterum non facile. vid. mo-
do m. II. n. 1.

(c) ^سسبح, *laudabimus. قَتَالَ, Luscinia,*

(d) pro ^أأمدنا occurrit ^أأنا, *credimus,*

(e) Cuius alia quodammodo apud Arabes est
natura, quam apud Ebraeos. Cum enim illud apud
Ebraeos & abesse & adesse possit; *apud Arabes ap-*
ponendum est.

(fg) ^عع من ربي, *a Domino suo, mirrabebim.*

^سبيت المقدس, *domus sancta, Baitüm mohads-*
afon,

(b) ^تت, *peperisti, قَصَدْت, contendi.*

(i) اِهْدِنَا الصِّرَاطَ , dirige nos in semitam.

§. II.

Hamsa (a) ء est nota externa, i. ab initio inter literam ء eius vocales > ء ac potissimum > posita, eam mouendam esse indicans. (b)

2. Locata vero in medio ac fine vocis inferiorius, literam ء abiectam; (c) superius autem aliquam debiliam seu quiescibilem loco > ء positam manifestat, & tunc saepe circellus ei imponitur, (d)

Obs. 1. Hamsa, etiam compensatiuum, cum Deciesima notandum, interdum in medio omittitur, & per Fata perpendiculare > compensatur, (e) quale in verbis media quiescentibus etiam extra hunc casum saepe deprehenditur. (f)

Obs. 2. Hamsa, appositum > ء vocali destituto, radicale id esse indicat, natura mobile. (g)

(a) Nota haec suum nomen nata est a rad. *جاء*, compressit, punxit, speciatim, signo Ham-
 fae insigniuit, GOLIO iam ante notante *Lex. Arab.* p. 2375. Significationis cum re ipsa conuenientiam in eo sitam esse deprehendo, quod mediante hac nota ء expungitur, ita ut eius loco vel Hamsa ipsa vel litera debilis collocetur. Nisi forte

forte ab inuentore erudito, HAMSA dicto, cuius
B. Pfeifferus Mataeolog. Jud. Mahumed. &c. exercit.
III. p. 129. meminit, id nominis obtinuisse dixeris.

(b) Hinc cum Mappik Ebraeorum eam haud
immerito contuleris. e. l. ^{وَأَمِنَ الْقَبِيلَ} *et si di-*
catur, أَوْقِ, obseruabo, آمِنٌ, securitas.

(c) ^{أَمْ ذُنُوبِهِمْ} *sive commonue is ipsos,*
^{مِنَ السَّمَاءِ} *excoelo.*

(d) ^{الْمَلَائِكَةِ} *Angelis, يَوْمَنُونَ, credent.*

(e) Hinc non inepte *Hamsa* distingueres in
non compensatiuum, quod nonnisi *literam l* mo-
